Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Collatio locorum de consolatione

Melanchthon, Philipp

Vvitenbergae, 1549

Octavus.

urn:nbn:de:bsz:31-61720

Visual Library

Vult Deus acquiescere nos in promissione sua, ideoq; nos exercet, ut hæc fides in nobis accendatur & confirmetur, qua corda uere confugiunt ad deum fiducia mediatoris, & petunt & expectant bona & acquiescunt in Deo. Hæc fides pacem efficit, de qua dicit Paulus. Pax Dei quæ superat omnem sensum, gubernet corda uestra. Nec deficiamus a Deo etiamsi liberatio differtur. Sed sentiamus ut Hiob. Etiamsi occidet me, tamen sperabo in eum. Et tamen in hac uita quoq; mitigat calamitates, Nam ut Psalmus dicit. Non accendit totam iram suam. Item in ira misericordiæ recordatur.

Octauus.

Hæc omnia coniuncta, obedientia, fides, inuocatio, spes, fiunt gratissima sacrificia Deo, ut in Psal. dicitur. Sacrificium Deo

ſpiritus contrſbulatus. Item Sacrificate ſacrificiũ iuſticiæ & ſperate in domino. Et hic ad exempla redeamus.

Cum filius Dei reſurrexerit ex mor te, erit ſocia æternæ gloriæ eius Eccleſia, & ſicut exauditi ſunt patres, & mitigatæ pœnæ Dauid, Ezechiæ, Manaſſæ & alijs innumerabilibus, Ita & nobis mitigabun tur, quia Deus non eſt acceptor perſona rum, ſed æqualiter omnes confugien tes ad filium recipit, ut filius dicit.

Venite ad me omnes qui labo
ratis & onerati eſtis,
ego reficiam
uos.

Nonus.

Interea etiam, gratias agamus Deo pro datis promiſsionibus, pro ſerua ta Eccleſia, pro aliqua parte mitigatio nis. Imo & pro hoc beneficio quod erudimur in hac afflictione, & con firma-